

Item unam coppam cum suo tegmine argenteam deauratam pond. libr. 5 et unciar. 9, val. duc. 60.

Item unum vas aquae benedictae cum sua asperges et armis Pauli pape II pond. libr. 5 et unciar. 10, val. duc. 60.

Et unum aliud vas simile cum suo aspergulo argenti smaltati cum armis card. Ascanii¹ pond. libr. 3 et unciar. 6, val. duc. 30.

Item unum aliud simile vas sine armis pond. libr. 5 et unciar. 6, val. duc. 65.

Item duo turribula, quorum alterum est deauratum, cum navicula et cochleare argenteis pond. libr. 9, val. duc. 90.

Item unum truncum crucis, quae deferitur ant e faciem pontificis, argenteum et in tribus partibus divisum pond. libr. 14 et unciar. 2, val. duc. 150, et sic in tota summa summarum praed. val. 3005 duc. auri ponderantia et valentia in sacristia palatii apost. existentia et ad usum altaris pontificii teneri solita in pignus et cautelam eorum assignari curet...

D. Romae in palatio apost. in nostra generali congregat. die 6 febr. 1522...

Cop. in **Acta consist. 1492-1513* (ora colla segnatura *Miscell.* 3), f. 65.

Archivio concistoriale del Vaticano.

67. Estratto dal piano di riforma del cardinale Schinner.²

Roma, 1 marzo 1522.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Adrianus, divina providentia papa sextus, pontifex maximus optimusque vive vocis oraculo mandavit michi Bernardo de Lauro abbati ac sue beatitudinis familiarium minimo indignoque, ut a quodam memoriali per me coram S^{te} Sua lecto transcriberem hec que sequuntur:

Primum de celeri in Italiam adventu.

Quod B^{do} sua nichil det aut concedat seu dari aut concedi patiatur, quod arcium Hostie et s^{te} Marie de Loreta [sic] aut aliarum terrarum custodiam concernat, etiam si super hoc collegium scribat.

Insuper quod S^{tas} Sua quantocius scribat collegio, quatenus modis omnibus attendat atque efficiat, ne quidquam terrarum et dominiorum, quae tempore fe. re. domini Leonis [X] recuperatum obtentumve [sic] fuerit, aut aliorum pontificum predecessorum, amittatur sive amitti auferri aut abalienari patiatur, sed omnibus modis ac viis conservare defendere et protegere curet, et super hoc tota sit intentio Sue S^{tis} et citius id fiat.

Et nisi presto S^s D^s N^r sit venturus, quod faciat legatum et hoc faciat B^{do} Sua et nullo modo hoc remitat collegio.

¹ A. Sforza.

² Cfr. sopra p. 57 s.